



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi  
Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Amor Regularum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](#)

tasset. Oraui, inquit, in Societate mori, nullâ *Amor Re-*  
vmquam Regulâ violatâ. Præstò ei ante oculos *gularum.*  
los perpetuò erat Regularum liber apertus,  
in museoli sui mensâ; aiebatque, mirè se ac-  
quiescere insigni Romani Collegij discipli-  
nâ, in quo permagni æstimari sentiebat mini-  
marum etiam Regularum obseruationem.  
Atque illo præcipue simul delectabatur, vi-  
dere tot Patres Fratresque tempore collo-  
quij à mensâ concessi, aut in horto, aut in  
conclavi, aut alijs locis suauiter ambulantes,  
religioseque colloquentes; mox nolæ vnius  
signo admonitos, momento filere omnes,  
verbis etiam dimidiati abruptis, silentio-  
que quemlibet redire in cubiculum suum,  
nullo cuiusquam auditio per viam verbo. Sed  
quàm sancto affectu leges ille, vt normam  
quamdam veræ sanctitatis perfectionisque  
diuinitus sibi datam, complecteretur, vel eo  
cognosci potest, quod omni vesperâ cùm  
dormitum se conferret, (rem nouam, ac mihi  
quidem inauditam) religiosus Iuuenis li-  
brum Regularum singulari quodam pietatis  
sensu subijceret capiti suo; ac tum quietiore  
animo arctiorem somnum sibi capere vide-  
retur; moribundus verò, eundem librum  
adferri iussum, manibus tenere vellet, vt suo  
deinde loco dicetur.

Enimvero si vigilans semper Ioannes fuerit

E 4

in

in abstinentia se omni cuiuscumque leuissimæ Regulæ violatione , at longè certè diligentissimus circumspectissimusque fuit in se custodiendo aduersus umbras etiam earum labecularum , quæ vel remotè castimoniam obscurare possent: scriptumque reliquit, perpetuis se execrationibus abominaturum vel minimas noxas, quæ honestatis virtuti castimoniaeque aduersarentur ; ut sunt ciborum lautiorum appetentia , ingluuies , oculorum quæ domi quæ foris incauta licentia, similiaque libidinis irritamenta. Reuerà enim ( vti dicebat) qui impurus fit, peior dæmonijs omnibus efficitur . Sic habent eius verba : *In æternum etiam leuissimas imperfectiones contra castitatem tendentes, ut propensionem in cibos, incuriam in oculis tam domi quam foris custodiendis, detestabor & execrabor; quia reuerà, qui fit impurus, nequior fit omnibus diabolis.*

Ad hanc puritatem tuendam , magnæ semper illi cum intemperantiâ inimicitiae intercessere, adeoque eam castitatis hostem, & earum quibus condiri oratio solet deliciarum corruptionem appellabat: dicere consuetus , nullâ re aliâ (secundùm impudicitiam ) offendì à Religiosis sæculares magis, quam si eos in ingluuié videant projectiores, audiantque de cibo & potu sèpius loquentes.

Atque

Atque hæc litteris verba commendauit: *Vi-*  
*tium gula est immoderata ciborum appetentia,*  
*eiusq; vitij actus sunt, frequens de cibis cogita-*  
*tio ac sermo, fastidium communium, studium*  
*exquisitorum, edendi ratio inconcinna, cum ni-*  
*mia auditate ac celeritate coniuncta.* Ipse sane *Eius in*  
*modestè admodum vescebatur, moderati* *victu ra-*  
*semper cibi, parcæque potionis, sed abstinen-*  
*tia terè immodicæ, vt vix parabili victu ad*  
*implenda naturæ desideria defungeretur.*  
 Numquam à mensa surrexit, quin eorum  
 quæ sibi fuerant apposita reliquum quid-  
 piam fecisset. At quoniam, florente crescen-  
 teque primùm adolescentiâ, natura, vberio-  
 ris nutrimenti indiga, subinde appetentiam  
 illi extimulabat; ille co sensu vexatus, incusâ-  
 bat se scilicet ut intemperantiæ reum, acri-  
 terque inuigilans, in se quærebat: neque in-  
 telligebat optimus Iuuenis, non tam inglu-  
 uiem esse, ac quamdam appetentis egentis-  
 que naturæ necessitatem. Atque illa suâ opini-  
 one constrictus, plus semper sibi accide-  
 bat subtrahebatque indies, vti vigore naturæ  
 paulatim extincto, penitus contabuerit.  
 Nullo vñquam, quantumuis specioso, san-  
 citatis titulo adduci potuit, vt præter vulgare  
 obsonium quidquam in cibum adhiberet:  
 dicebatque, se sperare Deo cordi fore vt  
 communia non nocerent, quando ijs vte-

E 5                   retur,